

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

4. De Morte Christi, Eiusq[ue]; beneficijs, & applicatione eorum per fidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Sum, vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exemplar exprimentum ijs, qui credituri essent in Christo Iesu, in vitam æternam.

Certus hic est sermo, certum prestantisq; leuamen,
Sarcina peccati quem grauat usq; sui.
Omnis ergo modis dignus reuerenter vt illum
Accipient omnes non dubit ante fide.
Vt peccatores saluet descendit in orbem
Christus, quos fueram maximus inter ego.
Ast Deus ipse mei summa est bonitate misertus,
Condonans clemens crima cuncta mihi.
In me quo primo bonitatem ostenderet omnem
Clementem Christus, summaq; dona Deus
Tester, vt in Christum credit quicunq;, habiturum
Aeternæ vita gaudia vera fide.

4. DE MORTE CHRISTI, E-
iusq; beneficijs, & applicatione
eorum per fidem,

Aeternus summo nostri commotus amore,
Aetherea gnatum misit ab arce Deus.
Gnatus vt hic nostra pro culpa victimæ pendens
In ligno soluat massa cruenta lvtrop.
Quanta sit ira Dei nos contra, quantus amorq;
Testatur gnati morstruculenta Dei,

Ira

*Ira Dei est ingens, quam non nisi victima gnatus
Aeterni potuit conciliare Dei.*

*Summus amor patris nos erga lucet Olympo,
Gnatum quod mittit pro bonitate suum.*

*Summus amor gnati nos erga lucet in orbe,
Innocuus nostrum quod luit ipse nefas.*

*Hoc quicunq; pius credit, certam ipse salutem
Consequitur felix iustificante fide.*

„*Ingentes igitur toto tibi pectore grates*

„*Dicimus hac summa pro bonitate Deus.*

„*Darogo cum sensus morientibus excidit omnis,*

„*Mors tua letalis sit medicina mali.*

„*Dat tibi fidamus soli tua vulnera Christe,*

„*Vltima sint nostræ mortis agone salus. Amen.*

Ἄδηλοι IN MORTEM CHRISTI.

*Mors mortis morti mortem ni morte dedisset,
Cælorum nobis ianua clausa foret.*

5. BREVIS OPERVM CHRI- sti summa.

Iratum ut nobis patrem placaret, Olympo

Descendit gnatus virgine natus homo.

Chirographa assidue nos accusantia legis,

Affixit moriens dilacerata cruci.

Et Stygiæ vicit surgens de morte tyrannos.

Ne possent contra nos valuisse truces.

Hinc